

tari: nam si hæc est pœna aleatoris publici, quomodo oculus aleator illa punietur? Denique collatio beneficij facta infami valida est ante sententiam, vt tenet Federic. de Senis consilio 50. & probatur Cardin. & Felin. in cap. querelam de iur. iur. textus vbi Innoc. in d. cap. inter dilectos, & præmittit. Calder. consil. 20. titul. de prebend. Felin. in cap. 2. col. 3. de rescriptis. quos refert & sequitur additio. Bernardi Diaz vbi supra, littera D. ¶ vbi limitat nisi collatio facta sit infami notoria infamia iuris: tunc enim collatio est nulla ipso iure, vt explicat Abb. in d. cap. inter dilectos, num. 6. & cap. super eo de electione, & alij ab eodem additionatore ibidem relati, vbi quid dicendum sit de infamia facti citat hoc agentes Calder. dicto consil. 20. & Nauart. in cap. si quando, col. 52. de rescriptis. & contra Abb. vbi supra cum Bernard. Diaz. tenet etiam Azued. in hac l. 2. num. 49.

17 Quare verius in questione nostra obseruandum erit, pœnam contra clericos lutores esse arbitriam, quæ variatur ex circumstantiis occurrentibus animo iudicis inclinantis ad aggrauandum vel minuendum eam. Ideoque arbitrari eum oportebit, quanta sit consuetudo ludentis, & quæ quantitas lusa fuerit, qualitasque personarum, qualivè exempli pernicios, & an in hoc delinquentes occasione ludi diuina deseruerint officia, quibus interesse tenebantur, aut Sacramenta deseruerint ministrare: & provt hæc omnia & similia accidisse comperit, delinquentes puniet, ita rectè existimauit Bernard. Diaz vbi supra, num. 2. quem refert & sequitur Gregor. Lopez in l. 57. titul. 5. part. 1. in glossa, per tres años, Petrus Gregor. vbi supra, num. 14. & Ignar. Salced. super eodem Bernard. Diaz littera C. & Azued. in hac l. 2. num. 51. Fatinac.

18 vbi supra numer. 97. ¶ Atctiori tamen pœna sunt peccandi clerici ad taxillos, hoc est a los dados, ludentes: quia hoc genus ludi in oculis omnium detestabilis est, & longe grauius punitum per leges huius Regni vt in l. 7. huius tituli.

19 ¶ Similiter grauius quam in prædictis casibus puniendus erit clericus tabularius, hoc est, mensam paratam habens alius ludere volentibus, in quo alios ad ludendum pronocat ac recipit vt in l. 3. huius tituli, vtrumque probat Bernard. Diaz vbi supra, numer. 2. & mihi placet proculdubio, estque vetustissimum. ¶ In Archiepiscopatu Toleti pœna certa statuta est contra clericos ludentes lib. 3. constit. de vit. & honest. cleric. cap. 7. vt per additionat. Bernardi Diaz vbi supra, littera C. ¶ Quibus rationibus pœnam contra scholares ludentes existimo etiam arbitriam esse pro modo circumstantiarum, vt in clericis respectiue.

22 Similiter etiam, quando ipsi ludo admixtum est aliud delictum, puta falsitas taxillorum & alearum, vel chartarum, tunc huius criminis reus pœna iudici arbitraria punitur pro conditione personæ & modo facti, ita Bal. in rubrica C. de condit. ob trasp. causi. numer. 2. versiculo, item dico, quem sequuti sunt Paris de Puteo in tractatu num. 62. in versiculo, scias etiam, & est recepta magis opinio secundum Menoch. vbi supra, numer. 10. & 11. qui non distinguunt inter falsitatem occultam & patentem, provt non est distinguendum, modo falsitas patens ita non sit cognita ipsi locio, vt nec occulta secundum eundem Menoch. vbi supra. Ego verò respectu pœnæ arbitrarie imponendæ falsum committenti in prædicta specie idem probatorem, etiam si falsi-

tas patens cognita sit locio, quamuis tunc respectu iuris locio competentis pro suo interesse assentirem opinioni Menochi. Ille enim vtrando scienter falsis taxillis, aleis, vel chartis, iam deliquit, ac proinde ratione delicti puniri poterit, tamen alter socius industrius id cognoscit, quamuis tacens iuri suo renuntiare ac cedere videatur. ¶ Pari ratione aleator per vim socium compellens ad ludendum, vel etiam blanditiis & suasionibus illum alliciens (intellige importunis precibus per opprobria & conuitia, ita quod metui æquiparetur, vt prædiximus alia questione) pœna iudici arbitraria puniri potest l. 1. §. ultimo, ff. de alea lusu & aleat. per quem textum ita tenet Cacialup. de ludo num. 61. quem refert & sequitur Menoch. vbi supra, numer. 13. vbi quod iudex arbitrari poterit pro qualitate facti & conditione personæ, vt in carcerem coniciatur secundum Paris de Puteo in tractatu de ludo numer. 44. versiculo, compellens, per textum in in d. l. 1. §. ultimo, ibi aut in latomia, quam dictionem glossa ibi exponit id est loca latentia: carcer enim est. Ignorauit namque Accursius quid essent apud Romanos latomix, cum esset carceris genus ad custodiam, vt probat Menoch. vbi supra, addens quòd vel etiam multa pecuniaria panis hic aleator poterit.

Ex quibus satis patet regulariter ludum esse prohibutum non solum laicis, sed multo magis & clericis, vt latè probat cum aliis Fatinac. d. 3. tom. quest. 109. p. 2. numer. 92. vbi quod est de mente omnium Doctorum materiam hanc tractantium, & communiter dicentium quod imò plus peccant clerici ludendo quam laici, & præsertim de ludo alearum, taxillorum, & tabularum, quod sit æquè prohibitum laicis & clericis, vt tenent plures Doctores quos ibi citat. Et n. 98. ampliat eandem regulam multo magis procedere in Religiosis & regularibus, qui non possunt ludere etiam ludo aliis licito & honesto, nec cum aliis, nec inter se, quia cum sint mortui quoad mundum, & debeant stare in monasterio solli, & tristes cap. placuit secundo, 16. quest. 1. l. Deo nobis, C. de Episcopis & clericis, non debent propter eam se immiscere in ludis, ex quibus vt plurimum proveniunt multiloquia, peccata, rixæ, & alia inconuenientia de quibus in his terminis per Henric. Bohic. & alios quos citat. Et numer. 102. limitat primò prædictam regulam, vt tunc demum clericus puniatur pro ludo, dummodo sit consuetus & solitus ludere; secus si vna tantum aut aliquibus vicibus lusisset, & postea se abstinuisset, vbi videtur esse de mente textus in cap. Episcopus, verbo, deseruiens, & verbo desinat. 35. distinctione, & vtrouque notat glossa, quod probat latius Fatinac. vbi supra, & diximus quasi ab hinc 3.



SVMMARIVM.

1 Ludo amissa per clericos, & Scholares an repeti possint intra terminos, quibus à laicis iure Regio repeti permittitur? & numeris sequentibus.

An

An Clerici & Scholares repetere possint amissa à se in ludo?

QVÆSTIO XCVI.

1 VERO denique circa eandem l. 2. ibi, & mandamus, que auel que alguna cosa perdiese, que lo pueda demandar a quien se lo ganare hasta ocho dias. T si el que perdiese hasta ocho dias no lo demandare, que qualquiera que lo demandare lo aya para si. T si alguno no lo acusare, ny demandare, que qualquiera juez o Alcalde de su officio, sabien dolo, lo execute, &c. dum tamen id fiat intra duos menses, post eos verò iudices super ludo inquirete non possunt vt in l. 10. infra hoc tit.

2 An limitatio temporis octo dierum & duorum mensium respectiue, de qua in hac l. 2. procedat etiam & seruari debeat in clericis & scholasticis? Et videtur quidem prima facie dicendum, idem in eis seruandum esse, cum sit lex generalis, & contrarium in specie iure Canonico decium non reperitur, argumento text. in cap. 2. & 2. de noni oper. nuntiat.

Nihilominus tamen rectius meo iudicio Bernard. Diaz in sua practica criminali. Canonie. c. 70. num. 3. & 4. contrarium probat, nempe, quod iudices Ecclesiastici contra clericos post lapsam duorum mensium, & infra quantitatem duorum regularum poterunt & debebant procedere, hac ratione, quod cum longè inhonestius & magis prohibutum sit clericis quam laicis vacare ludis, non videtur decens esse dictarum legum sanctiones in clericorum ludentium patrocinium admittere. Ac eadem ratione credit, posse affirmari, vt etiam lapsis prædictis octo diebus damnari possit clericus ad restitutionem eorum quæ lucratus est, eo qui amiserit repetente: & quod in hoc attendendum sit tempus à iure communi præfinitum ad repetitionem prædictorum, de quo in authentica alearum usus, Cod. de religiof. & sumpt. fun. quod est quinquaginta annorum, & per Abb. in cap. clericis de vit. & honest. cleric. Nec oblat quod iure Canonico non sit præfinitum tempus ad hoc: quoniam eadem ratione compellimur dicere seruandum indistinctè, ac sine præfinitione temporis saltem ita breuis, vt legibus regis præfinitur, ius Canonicum, quo attento, qui in ludo aliquid lucratur, id restituere tenetur, vt notant Doctores in d. cap. clericis, & in cap. inter dilectos, de excess. pralat. Paris de Puteo de ludo, num. 26. & Cacialup. in eodem tractatu. num. 38. quos refert & sequitur Menoch. de arbit. iud. lib. 2. contraria 4. casu 399. num. 4.

3 Quare vera videtur prædicta sententia Bernardi Diaz vt & scholaribus in Vniuersitate Salmantina prædictum tempus octo dierum non currat, quinimo quocumque tempore sit restitutio: & sic text. in l. fin. Cod. de religiof. & sumpt. fun. est incorrectus in illo tribunali, & sic practice iustissimè vt testatur additio. Didaci Perez in l. 37. tit. 19. lib. 8. ordinam. pag. 386. versiculo, vnum tamen aduerte, & vtrumque sequitur tam in clericis, quam in scholaribus Salmantinis additio. Bernardi vbi supra, d. cap. 70. litt. F. dicens iustissimum esse quod Academia Complutens. idem obseruet. Addo ego hoc correctum non videri, nec esse censendum per nouam l. 13. huius tituli 7. lib. 8. nou. collect. reg. quatenus Praxis Criminalis.

omni tempore denegat parti repetitionem amissorum in ludo: id enim procedere videtur vbi & cum quibus terminis octo dierum ad repellendum olim obseruabatur & ligabat; secus vbi id locum non habebat, nec in praxi obseruabatur, provt in clericis & in scholaribus Salmantinae Vniuersitatis contingit, vt prædiximus.



SVMMARIVM.

1 Ludens per alium quantitatem prohibitam ac puniri possit pœnis legum Regni? & numeris sequentibus.

3 Iurans non ludere, si det alteri pecuniam vt suo nomine ludat, non excusatur à periuurio.

4 Pœna ludenti ab statuto imposta habet locum contra ludi participem, & an in hac specie debeat puniri tam mandans, quam mandatarium? num. 5.

6 Mandans manus violentæ in clericis iniici incurrit in excommunicationem cap. si quis suadente diabolo, 17. quest. 4.

7 Laicus videns ludere alios non punitur, nisi aliud statuto vel lege caueatur. Limitatur in clericis & scholaribus, num. 8. & an puniantur? num. 9. & 10. Et an peccent inspectores ludi venaliter, vel mortaliter? num. 11. remissimè.

De ludente per alium.

QVÆSTIO XCVII.

1 VERO vterius circa eandem l. 2. huius tituli septimi lib. 8. nou. collect. reg. an ludens per alium quantitatem prohibitam puniri possit pœnis legum huius Regni? Et videtur quod non, quia hic propriè non ludit l. offa. ff. de religiof. & sumpt. fun. & quia l. nostra 2. inquit, & qualquiera que los jugare, que por la primera vez pague, &c. & verba legis vel statuti verificati debent in casu vero l. 3. hæc autem verba, ff. de negot. gest. Denique, quia sumus in odiosis & pœnalibus, & tunc succedit reg. odia restringi, &c.

Nihilominus tamen contrarium verius esse & tenendum existimo ea ratione, quòd qui per alium ludit, virtualiter & cum effectu ludit: non enim leges imponendæ sunt verbis, sed rebus l. 2. in fin. Cod. communia de legat. sed hic quoad effectum ludit, quia pecunia, quæ luditur, suo periculo luditur: ergo ipse ludit. Et lex nostra dum dicit, & qualquiera que los jugare, &c. in ludente per alium propriè verificatur respectu effectus, qui attendendus est: ludere enim dicitur qui per alium ludit argumento textus in l. certo, §. 1. ff. de precar. vbi habetur quod si procurator meus me mandante vel ratum habente precarium rogauerit, ego precarium propriè habere dicor, alius esset defraudate legem contra legem non dubium, cum simili. ff. de legib.

Vnde ludens per alium vltra permissum delinquere dicitur propriè, quia damnum & commodum ludi ad eum spectat: ergo debet puniri, & ita habet praxis secundum addit. Didac. Perez in l. 37. titul. 19. lib. 8. ordinamenti, pag. 386. in versiculo,

versiculo,

versiculo, quid de ludente per alium, & tenet Azeued. in hac l. 2. num. 45.

3 Pro quo facit alia doctrina mirabilis in proposito, quæ habet, quod si quis iuravit non ludere, & det alteri pecuniam, vt suo nomine ludat, non excusatur à peritio, ita Guiliel. Bald. & Fulgof. in authent. interdicimus, C. de Episcopis & clericis, Augustin. de Arimin. & cum eo addit. Bernardi Diaz de Lugo in sua præctia. crimin. Canonica, cap. 70. verbo, participes, Paris de Puteo in tractatu de ludo, num. 20. & 57. in principio, & Cacialup. in eodem tractatu, questione 13. num. 17. Azeued. in eadem l. 2. num. 46. ¶ Vnde pœna statuti imposita ludenti habet locum contra ludi participem secundum Cyn. & Bald. in d. authent. interdicimus, & Augustin. de Arimin. & addit. Bernardi Diaz vbi supra, post ipsum auctorem ibi num. 5.

5 Addit tamen additionator Didaci Perez vbi supra, quod in hac specie debet puniri tam mandans quam mandatarius argumento cap. mulieres ad fin. de sententia excommunicationis. Quod quamvis in aliis delictis iure naturali & diuino prohibitis verum sit, attamen in hac prohibitione ludi in eum sensum intelligendam censeo, vt quilibet eorum inquiri valeat ex officio, ita vt sit in electione denuntiatoris vel iudicis inquisitoris contra quem agere velit: Exacta tamen pœna harum legum ab vno eorum, alterum censentem liberum remanere: ab vtroque enim in solidum eandem pœnam exigi posse non credo, quamvis contra vtrumque possit simul procedi ad effectum exigendi vnam tantum pœnam, quia vna prohibitio & pœna est in vtroque, non verò plures.

6 Neque obstat dictum cap. mulieres in fin. de sententia excommunicationis, cuius textus verba hæc sunt: Illi verò, qui non per se ipsos, sed eorum auctoritate vel mandato alij violenter iniiciunt manus in clericos, ad Sedem Apostolicam sunt mittendi, cum is committat verè, cuius auctoritate vel mandato delictum committi probatur. Nam, vt vides, litera huius textus non comprehendit mandatariū, quamvis ipse quoque delinquat, incurratque excommunicationem canonis si quis suadente diabolo: nam præceptum iniustum fuit, cui non debebat obedire, sed Deo potius quam homini, vt ibi per glossam plures textus ad hoc allegantem. Denique, licet loqueretur in mandatario, longè distat vnum delictum ab alio de quo agimus, ac proinde textus ille nihil pro illa opinione fauet, nec nostræ contradicit.


7 Laicus autem videns ludere alios non punitur, cum lex regia hoc non dicat, vnde nec nos dicere debemus argumento l. si seruum, §. 2. ibi, non dixit Prætor, ff. de acquir. hered. & in terminis cum aliis quos refert ita tenet Didacus Perez in d. l. 37. in fin. pag. 389. col. 1. & Azeued. in hac l. 2. num. 43. nisi aliud statuto vel lege esset dispositum vt ibi per eum num. 44. estque

8 verissimum, ¶ præterquam in clericis vel scholasticis, quia clericis hoc est prohibitum vt in d. authent. interdicimus, Cod. de Episcopis & clericis, & in corpore vnde sumitur, & in cap. clerici de vit. & honest. clericorum cum similibus. Eadem quoque ratione idem probandum venit in scholasticis, & in clericis tenet Bernard. Diaz dict. cap. 70. num. 5. & in vtriusque Didac. Perez vbi supra, & Farinac. vbi supra, dicta questione 109. num. 34. ¶ vbi quod pari pœna puniuntur inspectores & lutores, ex l. fin. §. commodi igitur, C. de

relig. & sumpt. funer. & aliis iuribus & Doctoribus, vt ibi per eum allegatis. Sed hoc non feruatur in practica, nec vquam de hoc actum fuit quod videtur.

Contrarium tamen, imò quod prædicti inspectores ludorum nulla pœna puniantur, verius est atque tenendum, siquidem nulla est lex regia quæ hoc dicat, ¶ & etiam cum sine lege loquimur l. illam, C. de collat. ibi, ea qua nulla constitutio super huiusmodi collatione posita esset, & ibi ad hoc illam l. notant Bald. Iaf. & alij. Beccius plures alios allegans consil. 23. num. 5. & consil. 25. num. 4. & consil. 27. num. 11. & consil. 35. num. 5. & consil. 43. num. 11. quoniam paria sunt facere contra legem & facere sine lege iuxta doctrinam mirabilem Bald. in c. in Genesi, num. 10. de electione, quam eo nomine appellat Iafon in d. l. illam, n. 8. & in l. vinum, numero etiam 8. ff. si cert. petat. & in terminis hanc partem contra Auiles, Auend. & Marant. vbi supra, tenet & probat Azeued. in hac l. 2. num. 43.

Et an inspectores ludi peccent venialiter, vel mortaliter, videndus est Syluest. verbo, ludus, num. 8. & latè distinguens Ludovicus Carbo de restitutione questione 59. in octaua & sequentibus conclusionibus.



S V M M A R I V M.

1 Ludens vna die cum pluribus personis an sit puniendus vna tantum pœna, vel pluribus? & num. sequentibus, vbi latè de hoc agitur.

De ludente vna die cum pluribus personis, an semel vel pluries sit puniendus?

Q V Æ S T I O X C V I I I.

Q V Æ R O vltimò circa eandem l. 2. titulo 7. lib. 8. nouè collect. reg. dum constituitur diuersas pœnas lusoribus pro qualibet vice, an ludens vno die cum pluribus personis sit vna tantum pœna puniendus, vel diuersis? Et quod vna sit tantum pœnendus facit doctrina Bart. in l. insciando, §. insani, num. 5. ff. de furt. vbi inquit quod si statum dicat, si quis luserit ad azardum puniatur ad tantum, modo lusi cum vno, sed cum pluribus, & pluries vice & perdidit, an videantur plures ludi & plura delicta? Respondendo ex pluralitate vincendi & perdidendi non sunt plura delicta; sed puto quod totus iste dicatur vnus ludus donec sit habitus pro completo & absoluto recedentibus lusoribus, l. contractus, Cod. de fide instrument. non enim possum dicere perfectè vicisse, donec ludus non sit perfectè completus, quia adhuc superest spes perditionis: multa enim possunt accidere, per quæ pecuniam quam luctatus sum perdam & recedat à me in laqueum, ff. de acquir. rerum domin. Et ex pluralitate personarum, cum quibus vna simul ego ludo, non dicantur plura delicta. Ille namque personæ cum quibus ludo non dicantur offensa à me, sed magis offendiunt Respublicam, ideo vnum est delictum, vt in l. si plures, ff. de furt. cas. quam Bart. doctrinam sequuntur Paris de Puteo & Cacialup. in tractatu de ludo, &

& Hippol. in l. si vixit, num. 10. ff. ad l. Corne. de fidei. quos refert & sequitur Parlat. lib. 2. rerum quæst. cap. 7. sub num. 5. colum. 2. illius numeri, vbi quod omnium scriptorum calculi Bartoli probata est hæc sententia, & vltra ipsum idem probat Matth. de Afflic. in consuet. Neapolis. rubr. 11. num. 14. lib. 1. eamque sequitur Syluest. verbo, ludus, num. 18. prædicta intelligens nisi illo sero magno spatio diuertatur ad alia, quia eo casu diuideretur actus; vt patet ex §. Physicorum, & consequenter delictum, quod est actus humanus malus: eandem doctrinam Bart. alios allegans sequitur in proposito Azeued. in l. 2. num. 5. cum sequentibus.

3 Nihilominus tamen contra hanc receptam & veram Bartoli vale tenere, licet non affirmatiua Didac. Perez in l. 7. glossa, azardus, sit. 10. lib. 8. ordinam. pag. 235. colum. 2. cum sequenti, quia cum delictum sit iteratum & cum diuersis personis, & ex geminatione actus crimen efficitur grauius, & quoties reperitur, vnum formatum est, sicut si quis pluries commississet, vel copulam carnalem habuisset ad diuersas feminas vel huiusmodi, & sic quoties iteratur crimen, offendit de nouo Respublica, & plura censentur crimina etiam vno die factum perpetrata, vt colligitur ex additione ad Bart. vbi supra, verbo, dicatur vnus ludus, & ex tradit. à Farinacio in c. fin. de consuetudine.

4 Sed hæc dissimilia sunt, cum ludus sit tantum iure positio prohibitus; ex sua autem natura remotis aduersis circumstantiis permittitur, vt resoluimus supra alia questione. Denique quia cum ludus prohibetur iure positio, intelligitur vnus idemque ludus, etiam si toto sero cum pluribus personis ludatur, donec sit habitus pro completo & absoluto, cum in fine ludi recedentibus lusoribus reuletur luctum, vel damnum; non verò prius, quia non potest quis in ludo dici perfectè & irreuocabiliter vicisse, vel perdidisse, donec ludus non sit perfectè consummatus atque dissolutus. Itaque leges puniunt totum simul illum actum successiuum ludendi, donec absoluantur, non verò quamlibet manum, nec cum quolibet ludente, sed cum omnibus, cum quibus idem ludus simul exercetur; durat enim vnus idemque contractus ludi donec recedat lusores, tametsi non valeat pactum factum inter collutores, ne possint à ludo recedere donec alter eorum totum perdidit iuxta glossam, Angel. Paul. & Iafon. in l. iuris gentium, ff. de pact. Auiles in cap. 29. præct. glossa 1. num. 9. vbi inquit hoc facere contra illos, qui quatenus consentiunt aduersarium suum recedere à ludo non finit.

At verò exempla adducta ab additio. Bart. & sequacibus contra eum sunt diuersi generis, nempe prohibitorum iure naturali, vt furtum, fornicatio, & similia, quæ pro quolibet actu, imò & consensu in corde præstito perficiuntur & consummantur, siquæ pluries committit modico spatio temporis possunt, & toties, quoties actu vel corde perpetrantur: non enim spectatur contractus successiuus, sicut in ludo, à quo dum non recedunt lusores, idem est ludus, & non diuersus.

Hocque præcipue procedit in casu & specie nostræ l. 2. vbi sic habetur: Mandamos y ordenamos, que ningunos de los nuestros Reynos sean osados de jugar azardos ni naipes en publico, ni en secreto. T qualquiera que los jugar que por la primera vez paghe, &c. y por la segunda, &c. y por la Praxis Criminalis.

tercera, &c. Ecce igitur legem prohibentem ludere taxillis & chartis punitentemque diuersis pœnis ludentes pro qualibet vice. Nonne communis intellectus horum verborum (qui accipiendus est maxime in pœnalibus & odiosis ad liberandum) est pro cada vna vez, que dura el juego ora sea con vno, o con muchos, o diuersas personas, dum in ludo non receditur? Ego profectò aliud non sentio, nec intelligo, aliàs cada mano seria vna vez, & sic pluries pœnis pro vno eodemque ludo quis puniretur, quod esset absurdum.

Quinimo plures vices sine sententia non habebuntur in consideratione: constare enim debet iudici de prima condemnatione, ad hoc vt ad pœnam secundæ vicis peruenire possit, & de secundæ condemnatione ad tertiam, & ideo si non præcedat prima sententia, etiam si pluries quis luserit, non condemnatur pro secunda & tertiam vice; non enim dicitur secunda cum prima non præcedit, nec tertia cum secunda deficit, ita Auendaño lib. 2. cap. 9. præct. num. 10. & sequitur Azeued. in hac l. 2. num. 62. & 63. ¶ nisi in casu, quo in fraudem duorum regalium, qui in ludo perdi possunt impunè vt in l. 11. infra hoc titulo, ludentes assurgerent fingentes nouum ludum, nam nihilominus si in fine ludi simul finiti apparet plus lusum, quam duo regalia, puniuntur lusores, quia est vnus idemque ludus iuxta doctrinam Bart. communiter approbatam, de qua supra: recessus enim ille fictus est in fraudem legis, ideoque sic recedentibus à ludo nihil prodest iuxta vulgatas iuris regulas, ita summus Pract. Auend. x. part. cap. 9. præct. num. 9. versiculo, si tamen, cuius opinionem libenter probō. Omitto hic illam questionem, an ad hoc vt secundum furtum aggrauet tertium requiratur, quòd pro illis prioribus fur fuerit condemnatus, quia eam suo loco differemus.

Hinc (vt obiter dicam) mihi displicet opinio 7 Auiles vbi supra, d. glossa 1. num. 5. dum tenet, quod si quis luserit vna die pluribus vicibus duo regalia, seu argentea sine interpellatione, non autem in quolibet ludo, quia iam primus ludus fuit habitus pro completo & absoluto lusoribus recedentibus, vt in dict. l. contractus, Cod. de fide instrument. ex doctrina Bart. in d. l. insciando, §. insani, num. 5. quam sequuntur Doctores supra citati, & vera & communis vt supra resoluimus. Hic tamen adducitur in 2. membro deducto à Bart. à contractio sensu, nempe quando recessum fuit à ludo, quia iam ex hoc ludus primus fuit habitus pro completo & absoluto, & sic si postea iterum ludatur, erit alius diuersus ludus & sic plura delicta. Supra verò fuit adducta eadem doctrina Bart. in 1. membro, sic in sua principali decisione expressa; nempe, quod donec receditur à ludo, est idem ludus & vnum delictum, non verò plura crimina, licet pluries vineatur vel perdatur.

In primis namque (vt ad opinionem Auileij redeamus) d. l. 11. fundamentum eius corruit, dum inquit quod pragmatica solum permittit ludere duo regalia, seu argentea in vno die sine interpellatione, non autem in quolibet ludo. Dicta namque l. 11. vbi pragmatica de qua per ipsum continetur, hoc non dicit, sed quod sequitur, mandamos que de aqui adelante à ninguna persona por auer jugado hasta dos reales, aunque no sean para cosas de comer, no se les lleue pena alguna. Itaque permisso dicta legis ludendi duo regalia non restringitur ad eam vnū; sed simpliciter prohibetur, ne exigatur pœna por auer jugado

jugado hasta dos reales: ergo intelligi debet in quolibet ludo.

8 Deinde obferuo quod doctrina Bart. in 2. membro à contrario sensu fubintellecto deducta, quam pro sua opinione adducit Auiles, nempe, quod lusoribus recedentibus à ludo, iam primus ludus fuit habitus pro completo & absoluto (quæ quidem vera est & communis) tantum abest vt contra se faciat; nam cum in primo ludo perfectò & absoluto, non luserit quis plusquam duo regalia, pro eo non potest vlla pœna puniri vt in d. l. 11. nec similiter pro secundo ludo diuerso, tertio, aut quarto, dummodo in quolibet non excelsit taxam duorum regalium, quia non potest verificari luserit in singulo ludo plusquam duo regalia, & sic vbi non conueniunt verba legis, nec eius dispositio locum habet l. 4. §. toties cum similibus ff. de damn. infect. maxime in odiosis & pœnalibus.

9 Denique extensio eiusdem Auilefij n. 6. nempe non solum si quis luserit pluribus vicibus, verum etiam si plures erant lusores vno instanti, & vnus perdidit dillet totam pecuniam quam extraxerat, & postea secundo extraxerat aliam & iterum luserit, incurrit in pœnam, quia dicitur alius ludus, intelligenda est, quando excessum est in summa duorum regalium, non quod sint diuersi ludi, quia vnus tantum ludus est, cum non esset à ludo recessum iuxta doctrinam Bart. vbi supra, communiter approbaram; sed quia fuit excessum à quantitate permiffa.

Eodem modo intelligenda est secunda extensio eiusdem auctoris ad dictam pragmaticam quod vltra dictam Summam non potest quis ludere, nempe quod si vnus ex collusoribus recessisset, & postea reuertatur licet statim, tunc diceretur alius ludus & debet puniri vt in l. 1. §. si rem. ff. de possit, secundum Angel. in d. §. insanus quasi, in fine. Extensio namque hæc vera erit, si vltra duo regalia ludatur, non quod sint duo ludi; quia si diuersi essent, & in quolibet non amitteretur plusquam duo regalia, non deberet puniri vt resoluimus; sed quia excessum est à summa permiffa in vno eodemque ludo. Hocque verum erit, quando ludus continuatur cum cæteris collusoribus, interim quod alter collusor reuertitur, vel is expectatur & statim reuertitur, atque prosequitur ludus; quia mora modici temporis non habetur in consideratione, præcipue cum animus ludentium dum alter reuertitur sit prosequendi eundem, & interim quod reuertitur, expectatur, etiam si non reuertatur: quia idem ludus prosequitur absque illo discendente, vel cum alio in in eius locum subintrante: secus, si magnum temporis intervallum transisset, interimque ludentes ad alia diuertissent cessando à ludo, tunc namque sequens ludus pro diuerso reputabitur iuxta supradicta.

10 Possit tamen procedere opinio Auilefij supra à nobis impugnata, quando lusores in fraudem legum huius Regni assurgerent à ludo, fingentes nouum ludum: tunc enim hoc confitto idem ludus reputaretur; ac proinde si excessum esset à dicta summa duorum regalium, incurterent pœnam legis, vt supra probauimus cum Auendaño.



S V M M A R I V M.

1 Tabularij (hoc est tablajero) pœna, & per totam quaestionem ibi plures pœna referuntur.

zur. Et præcipue dicitur num. 18. cum sequentibus de pœna mutuantis in ludo.

De pœnis tabulariorum, hoc est, de los tablageros.

In l. 3. tit. 7. lib. 8. nou. collect. reg.

Q V Æ S T I O X C I X.

VERO quæ sit pœna tabularij, hoc est del tablagero, que publicamente esta, ex puesto à recibir, y recibe ordinariamente en su casa quantos van à jugar, y juegan dados à naypes, y da mesasillas, o bancos y sacan naypes y velas, &c.

Et in hoc seruandum primo est, rezeptorem qui habet paratam domum & mensam ad hoc vt homines ad ludum inuenerint, ibique commorentur, grauisime peccare; ideoque grauisima pœna esse arcendum, vt cæteri simili exemplo perterriti, similia delicta committere non audeant, cum maxima mala ex ludo prouenire soleant, vt explicat Imperator in l. fin. C. de religiof. & sumpt. fun. & multa alia quotidie eueniant, vt pote homicidia & dissensiones inter ludentes ipsos, & vxores, & filios in quos adinstat ferarum insaniunt, & in eos miser læuiunt, vt experientia docet. Vnde diligens inquisitio in oppidis & Ciuitatibus est facienda, vt cum magna cautela vt cauetur in d. l. fin. & in legibus huius Regni hac de re agentibus. Nemini enim licet præbere locum, instrumenta, & ea quæ sunt necessaria ad aliquem ludum prohibitum exercendum, vt charitas, tabulas, luminaria, &c. doctrina hæc est communis, vt affirmat post alios Ludouic. Carb. de restitutione quaestione 39. in 7. conclusione.

Nihilominus tamen inquit D. Molina Theolog. lib. 1. de iniuria & iure, dissertatione 521. column. 1707. versiculo, quæd asinet, quod cum in Lusitania pœna flagellorum sit huiusmodi tabularij imposita, si stipendium ea de causa accipiant, vel ludentibus cibum, aut potum vendant, damnandi essent culpæ lethalis, atenta acerbitate pœna: sed quia ea non videtur hodie infligi, certè ex eo capite non condemnaretur crimen illud culpæ lethalis. ¶ In Castella autem non videtur pœnam ad eò acerbam impositam, vt ex parte pœnae condemnare audeat id crimen culpæ lethalis; sed quod ex qualitate ludi ac ludentium iudicandum est, num lethalis culpæ sint damnandi, an non. Si enim ad ludendum referis homines admittant, non audeat eos à culpa lethali excusare, præsertim si tefferas eis præbeant: tum quia ludus ille excusari à culpa lethali in Casella non videtur, tum etiam quod tefferas habere ac subministrare ad ludendum culpæ lethalis in hoc Regno videatur. Tum denique, quoniam pœna confiscationis domus; in qua tefferis luditur, non leuis est, sed acerba, & quæ culpam lethalem suadet. Et quod quando etiam ad ludum admittentur, qui eo in ludo alienare non possunt, aut qui ludum cum lethali culpa variis aliis modis exerceret, excusandi non essent à culpa lethali: ac proinde neque absolui deberent, nisi serio ab exponendis mensis ad ludum, & à recipiendo homines ad ludum abstinere. Quæ doctrina vera profectò videtur ac radicalis.

Prima

5 Prima igitur pœna tabularij est, quod domus in qua luditur debeat publicari l. fin. §. sed istam ibi, damibus eorum publicatis, C. de relig. & sumpt. fur. per quem textum ita tenent Doctores præcipue Angel. de malefic. verbo, meridori de mali dadi, versiculo. & viso quod ludus, num. 5. & Grammatic. decisione Neapolit. num. 4. & Didac. Perez in l. 7. tit. 10. lib. 4. ordinam. pag. 235. col. 1. & alios allegans Farinac. in practice. crimin. 3. tom. quaestione 209. 4. part. num. 149. quamuis ante illam constitutionem Iustiniani regulariter iure Ciuili non puniebatur rezeptor ex illa rezeptione, vt patet ex d. l. fin. §. 1. & obseruauit Menoch. sic intelligendus de arbit. iudic. causa 399. num. 16. & 17.

6 Quinimo non solum domus in qua luditur est confiscanda, sed etiam alia bona ibi existentia apta ad ludam, nempe scamna & buffeta super quibus luditur argumenta l. sed adde, §. illud, ff. de locat. & propter quod vnumquodque tale & illud magis auitens, multo magis, Cod. de Sacrosanctis Eccles. tradit Bald. in cum proposis, num. 5. C. de nautico fenor. & in terminis Auiles cap. 29. prætor. in glossa, ni tableros, num. 2. vbi alias declarationes & limitationes ponit ad d. l. fin. §. sed istam, quæ est auctor. alcarum lusus, & sequitur addit. Perez in l. 37. tit. 19. lib. 8. ordin. pag. 386. col. 2. in principio.

Et retinens domi ludum vltra domus publicationem, & quod impune ei potest damnum & iniuria inferri, videtur adhuc alia extraordinaria pœna puniendus, vt cum aliis referet Farinac. vbi supra, num. 137. quamuis in contrarium referat nonnullos ibidem num. 138. quod credo verius.

7 Sed meo quidem iudicio, supradicta prima pœna cum ei adiunctis in his Hispaniarum Regnis cessare videtur, cum alia mitior pœna iure nostro Regio imponatur huiusmodi tabulario, nempe per l. 3. huius tituli 7. lib. 8. nouæ collect. reg. quæ cauetur, que qualquiera que en su casa tuuiere tableros para jugar dados, e naypes, haya en pena de cinco mil maravedis per cada vez (quam pœnam frequenter vidi in praxi imponi) y sino tuuiere de que pagar, que este cien dias en la cadena. Quæ pœna hodie noua lege nempe 13. eiusdem tituli anno 1575. lata aucta est: præcipitur namque ea lege, que los tablageros de los dichos juegos prohibidos sean desterrados por dos años precisos, y paguen quinze mil maravedis aplicados por tercias partes, Camara, juez, y denunciador.

8 Cessat inquam illa antiqua confiscationis domus pœna, & cæterorum bonorum ad ludum aptorum, de quibus supra, ac proinde hodie huiusmodi tabulario solum erit imponenda prædicta pœna nouissima l. 13. huius tituli, nempe de dos años de destierro precisos y quinze mil maravedis aplicados por tercias partes, vt est prædictum: & quod d. authent. hodie corrigatur per nostram l. tenet Auiles vbi supra, dict. num. 2. & Montalu. in rezeptor. verbo, ludus, & voluit Azuced. in hac l. 3. num. 16. & in l. 7. infra eodem, num. 7. vbi quod de communi praxi in hoc casu domus non confiscatur. ¶ Et inquit Celsus in rezeptor. legum huius Regni, verbo, dolos, cap. 1. que por leyes y prematicas de los Reynos que alli esta son reuocadas las leyes 2. y 3. 4. y 7. del tit. 10. del lib. 8. del ordenamiento Real, en quanto ponen menor pena alli à los jugadores de dados, como à los que tenian tableros del juego: empero que quanto à los otros juegos ellas quedan en su fuerça y vigor, que son la ley 2. y 3. deste tit. 7. Tu pœna que ponian las otras en los dados, dice que es, que la casa donde jugar en los dados, y las tiendas donde se vendieren, o los tuuieren para vender, sean confiscadas para la Camara de su Magestad. Estas prematicas nueuas estan puestas por ley in l. 7. infra eodem, y ansi esta distincion de Cello es verdadera y literal, y por ella se ha de declarar y limitar nuestra l. 3. que hablan en dados y naypes, vt per Celsum vbi supra, nempe, que quanto à los jugadores se entienda de los que juegan à los dados puros. Y que el juego de los dados sea prohibido etiam iure communi, y qual sea este juego declarado Parlad. lib. 2. ter. quot. c. 7. n. 8.

9 Vnde fallitur meo iudicio Auiles vbi supra, dum asserit, quod d. authent. alcarum vnus potest sustineri in casu, in quo quis retinet ludum & tabularium ad ludendum in domo ex consuetudine causa lucræ, quia tunc domus confiscatur vt ibi: secus si tenet ludum in domo causa solatij, quia tunc patitur pœnam nostræ l. regiz iuxta glossa 1. in l. 1. ff. de aleat. quam sequitur Azor. in Rubrica, Cod. de religiof. & sumpt. fur. dicens esse notandum, & alios allegans Farinac. d. quaest. 109. num. 151. tertio tomo. Leges namque nostræ prædictæ loquitur en tablageros, & sic en aquellos que lo tienen por oficio, & sic para ganar, & verè corrigat pœnam d. authent. alcarum vnus, ¶ non vero in tenente ludum in domo sua causa recreationis semel atque iterum, vel pluries, quia is non debet condemnari pœna nostræ l. quia si aliud dicere pauci euauderent eius pœnam: & in praxi non vidi condemnari tabularium, nisi eos, qui causa lucræ & negotiationis præstant domum, & suscipiunt lusores ordinariè cum instrumentis ad ludendum aptis, quod prohibet l. 5. huius tituli ibi, esso mismo, &c. quidquid cum aliis dicit Farinac. vbi supra, num. 152. nempe, quod retinens domi ludum gratis & sine emolumento adhuc puniatur: hoc namque verum minime est, nec prædicandum.

10 Nec tunc puto quod vltra pœnam nostram legum ludum retinet in domo tabularius possit multari arbitrio iudicis, cum pœna in hac specie à lege sit certa & ordinaria statuta, nec iudex debeat esse crudelior lege aduersus Auiles vbi supra, num. 3. contrarium credentem absque fundamento iuridico, quem sequitur Azuced. in hac l. 3. num. 17. quorum opinio in hoc non est tenenda, licet attentio iure communi possit procedere, vt cum aliis probat Farinac. vbi supra, num. 137. Hæc in suscipientibus continuo ad ludum de los naypes: por que si fuesse para jugar los dados, que estan omnino prohibidos, es mayor pena, vt in l. 7. infra eodem, & diximus supra.

11 Secunda pœna tabularij est, quod iniuria illata susceproi lusorum est impunibilis; & prætereà, si res sibi furetur eo tempore, non agit actione furti, neque ad pœnam, neque ad rei restitutionem iuxta textum in l. 1. ff. de alea luf. & aleat. in principio, ibi: si quis cum apud quem in alea lusum esse dicitur, verberauerit, damnauitve ei dederit, sine quâ eo tempore domo eius subtrauum erit, iudicium non dabo, & ibi: item notandum, quod prætor susceprorem verberatum quidem, & damnum passum vbiicumque & quandocumque non vindicat. Verum furtum factum domi & eo tempore, quo alea ludebatur, licet lutor non fuerit qui quid eorum fecerit, impune sit. Et in versiculo, quod autem, hoc extenditur

12 Vnde fallitur meo iudicio Auiles vbi supra, dum asserit, quod d. authent. alcarum vnus potest sustineri in casu, in quo quis retinet ludum & tabularium ad ludendum in domo ex consuetudine causa lucræ, quia tunc domus confiscatur vt ibi: secus si tenet ludum in domo causa solatij, quia tunc patitur pœnam nostræ l. regiz iuxta glossa 1. in l. 1. ff. de aleat. quam sequitur Azor. in Rubrica, Cod. de religiof. & sumpt. fur. dicens esse notandum, & alios allegans Farinac. d. quaest. 109. num. 151. tertio tomo. Leges namque nostræ prædictæ loquitur en tablageros, & sic en aquellos que lo tienen por oficio, & sic para ganar, & verè corrigat pœnam d. authent. alcarum vnus, ¶ non vero in tenente ludum in domo sua causa recreationis semel atque iterum, vel pluries, quia is non debet condemnari pœna nostræ l. quia si aliud dicere pauci euauderent eius pœnam: & in praxi non vidi condemnari tabularium, nisi eos, qui causa lucræ & negotiationis præstant domum, & suscipiunt lusores ordinariè cum instrumentis ad ludendum aptis, quod prohibet l. 5. huius tituli ibi, esso mismo, &c. quidquid cum aliis dicit Farinac. vbi supra, num. 152. nempe, quod retinens domi ludum gratis & sine emolumento adhuc puniatur: hoc namque verum minime est, nec prædicandum.

13 Vnde fallitur meo iudicio Auiles vbi supra, dum asserit, quod d. authent. alcarum vnus potest sustineri in casu, in quo quis retinet ludum & tabularium ad ludendum in domo ex consuetudine causa lucræ, quia tunc domus confiscatur vt ibi: secus si tenet ludum in domo causa solatij, quia tunc patitur pœnam nostræ l. regiz iuxta glossa 1. in l. 1. ff. de alea luf. & aleat. in principio, ibi: si quis cum apud quem in alea lusum esse dicitur, verberauerit, damnauitve ei dederit, sine quâ eo tempore domo eius subtrauum erit, iudicium non dabo, & ibi: item notandum, quod prætor susceprorem verberatum quidem, & damnum passum vbiicumque & quandocumque non vindicat. Verum furtum factum domi & eo tempore, quo alea ludebatur, licet lutor non fuerit qui quid eorum fecerit, impune sit. Et in versiculo, quod autem, hoc extenditur

etiam ad rei restitutionem, nempe vt procedat, ne dum respectu actionis pœnalis furti, sed etiam respectu actionis ad exhibendum, vendicandum, vel condicendum. Et in versiculo, *suscipiorum*, inquit, suscipiorem enim dumtaxat prohibuit vendicari, non etiam collutores, quamuis & hi indigni videantur. Et illam leg primam ad supradicta singularem dixit Bald. in cap. intelleximus, col. 2. de iudic. & Anton. Corfet. in suis singularibus, verbo, *furtum*, quos refert Didac. Perez in l. 7. tit. 10. lib. 8. ordinau. pag. 325. col. 1. ad fin. & col. sequenti, & prædictos etiam refert & sequitur Angel. de malefic. verbo, *metidori de mali dadi, versiculo, & viso quod ludus, num. 6.* & Auiles dicta cap. 29. prat. in gloss. ni tableros, num. 6. & 7. & Auendaño 2. part. cap. 9. prator. num. 1. Thom. Grammatic. de cessione 40. num. 5. Menoch. de arbit. iudic. casu 400. num. 16. vbi quod ita fuit de facto iudicatum, & num. 17. vt procedat etiam si verbis vel facto tabularius offendatur, vel ei damnus inferatur, & sequitur Azeued. in hac l. 3. num. 19. & 20. vbi num. 20. cum sequenti, hoc limitat inter collutores, prædictos etiam refert & sequitur Parlador. lib. 2. rerum quot. cap. 7. n. 9. & Petr. Gregor. in 3. part. Synagm. iur. vniuersi, lib. 39. cap. 3. num. 4. & Don Ioan. Vela de pan. delict. cap. 22. pag. 123. versic. est tamen hoc, & plures citans Fatinac. vbi supra, num. 140. optima l. 6. tit. 12. part. 7. casum tantum occisionis excipiens, quæ quidem exceptio firmat regulam in contrarium iuxta l. nam quod liquidè, ff. de pen. legat. & ita intelligit Azeued. vbi supra, num. 25. vbi num. 26. hoc ampliat cum glossa pragmatice sanction. vt idem sit etiam si alibi quam in domo sua offendatur tabularius; dum tamen sit ob ludum in ea agitur, & sequitur Auiles vbi supra, n. 26. Quod tamen aliquis furatus sit in domo tabularij in foro conscientie restituendum est pauperibus, vt cum Specul. probatur Auiles n. 7. & Azeued. num. 28. vbi supra.


14. Ex quibus profectò perperam intellexit Paris Puteo de ludo, num. 46. denegari tantum actionem criminalem pro furto commisso in domo susceptoris lusorum; esse tamen locum rei vendicationis: contrarium namque probat textus in dict. l. 1. versiculo, quod autem, vt vidimus, & probat post alios Cepola cautela 55. si aliquis, lat. in l. si ita stipulatus fuero hanc summam, num. 4. ff. de verborum obligat. quos sequitur merito Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centuria 4. num. 23. sic intelligens Cacialup. & Corfet. quos citat, idem probat per illum textum Angel. vbi supra, dicto num. 6. & alios allegans Fatinac. vbi supra, num. 143. cum sequenti, fol. 474.

15. Sed & alia plura speciali ratione ludi refert ibi Auiles num. 8. & 9. nempe quod contractus inter ludentes vel cum videntibus non valet secundum Bart. in l. si quis cum sciret, ff. pro empri.

16. Nec illius, quod quis vendidit in ludo, valet venditio vt in l. si filiofamil. §. 1. incip. si in alea, ff. quar. rer. act. non detur; nec tenetur venditor de euictione vt in d. s. 1. pro quo est hodie l. 36. tit. 5. part. 5. in versiculo, otro si dezimos, que si algun home jugale à tablas o dados, y estando en aquel juego vendiese alguna cosa à la jugase, si despuës desto venciesen della en juzzio al comprador, o à aquel que la auia ganado, no seria tenudo el vendedor, seu potius el vendedor (secundum litteram Montalui, quæ est verior) de emparar o quella cosa ni tornar el precio: ¶ vbi Gregor. Lopez in glossa jugase à tablas intelligit eam legem, quando ludus esset illicitus, quasi in ludo licito

non habet locum vt vult glossa in d. l. filiofamil. §. 1. verbo, si in alea, ibi, item & cum committitur, &c. licet Angel. ibi indistinctè intelligat. ¶ Et idem Gregor. in glossa al comprador hoc de 18 euictione vt non tenetur lusor de ea emptori intelligit, quando hic erat collutor, tunc enim nec valet contractus, nec tenetur de euictione; secus si esset alius qui emit, quis tunc tenetur venditor de euictione, vt vult glossa in l. quod si minor, §. restituitio verbo, vendan, ad fin. ff. de minor. estque de mente Bart. in d. l. si quis cum sciret, ff. de vsucap. pro empri. & tenet Stephan. Cost. de ludo, columna penultima, & quod videtur hoc etiam velle lex illa 36. dum subdit o aquel que la auia ganado, sequitur Auiles vbi supra, num. 8. & cum Puteo Azeued. in l. 8. n. 17. vbi idem probat, si lusi & non tecum, vel si lusi, sed post magnum interualum, quia ista venditio non est prohibita lege, & ideo debetur euictio, & quod contractus & promissiones factæ in ludo prohibito vel occasione ludi, est regula iuris certa, quam latè probat & exornat vndecim ampliationibus & aliquibus limitationibus Farin. 3. tom. prax. crim. q. 109. 6. part. per totam, pag. 479. cum sequentibus.

Alia pena contra aleatorum susceptorum & 19 sic contra tabularium reperitur à iure imposta, nempe, quod si is aliqui lusorum pecuniam mutaret, repetitionem eius minimè habeat iuxta glossam in l. fin. verno acceptis, ff. de aleat. Ioann. Andr. Abb. & Imol. cap. clerici de ludo, & honest. clericorum, Stephan. Costa de ludo, artic. 6. & Cacialup. quæst. 8. qui communem esse opinionem fatetur teste Parlador. qui eam sequitur lib. 2. rerum quotid. cap. 7. num. 15. sequitur alios allegans Fatinac. vbi supra, num. 214. vbi ampliat cum Capra etiam quod retinens domi suæ ludum esset persona nobilis, & non lucri causa ludum retineret: eandem sententiam principalem tenet etiam alios citans Azeued. in hac l. 3. n. 29. vbi idem probat inter ipsos collutores; & num. 20. si tertius mutuet ad ludendum, quia tunc ei datur conditio ad rependum iuxta glossam in l. quod si minor, §. restituitio, verbo non commodo, ibi, sed hac vltima, ff. de minor, glossa etiam in d. l. si quis cum sciret, verbo, luxurioso ad fin. ff. pro empri. Gregorius Lopez in l. 26. glossa penultima, tit. 5. part. 5. & Azeued. vbi supra, n. 29. & 30. dicit communem Parlador. vbi supra, num. 12. col. 2. illius numeri alios allegans, vbi respondet dictæ l. si quis cum sciret ibi, nisi fortè, &c. & iterum num. 14. & numeris sequentibus aliis modis cum declarat, necnon & Azeued. in hac l. 3. num. 32. cum sequentibus vsque in fin. & Don Ioan. Vela d. cap. 22. pagina 112. ad fin. & pag. sequenti in principio. ¶ Illa tamen præcipua declaratio est, quod stante consuetudine soluendi mutuum in ludo tabulario siue collutori, tunc reddendum & soluendum est mutuati secundum Iul. Clar. lib. 5. recept. sentent. §. ludus, num. 5. vbi inquit valere hanc consuetudinem tam inter clericos quam laicos, & quod ita est in practica & consuetudine receptum, provt ego quoque extra iudicium fieri communiter video; tamen si Azeu. in d. l. 3. num. 54. eam le nondum vidisse affirmet, De supradictis agit etiam Angel. de malefic. vbi supra, num. 14. & ibi eius additio. & Auiles numero 9. Sed resolutio præcedens est clarior, verior & tenenda.



SVMMARIVM.

1. Perdens in ludo ad creditum pecuniam, hoc est, non presentem, sed tantum promissam, an teneatur postea illam soluere? & num. sequentibus.
3. Promissio iure nature facta de re licita adimplenda est.
4. Lex humana licet quandoque actionem non concedat ad petitionem alicuius rei, non ex hoc alterum liberat.
9. Perdens in ludo ad creditum pecuniam cum iuramento præiudicium ad eam soluendo tenetur adimplere, vel impostare prius relaxationem iuramenti, vel soluere & postea repetere, & numeris seqq.

De ludentibus ad creditum.

In l. 8. tit. 7. lib. 8. nou. collect. reg.

QVÆSTIO C.

1. VERO circa l. 8. tit. 7. lib. 8. nou. collect. reg. qua cauetur, que ninguno pue-
da jugar à credito ni fiado, aunque sea
los juegos permitidos de pelota y oros, y que no
valga ni se execute la obligacion que sobre ello con-
tra ello se hiziere.
2. An femota hac iure diuino, vel humano per-
dens in ludo aliquam pecuniam teneatur illam
lucranti soluere ex vi promissionis expressæ, vel
tacite lege ludi, cum promissa pecunia tantum,
non verò ea præsens luderetur?
In qua questione Ioann. à Medina in suo Cod.
de restitutione, questione 22. nec non Alphons.
à Castro lib. 2. de penal. cap. 2. corollar. 3. & no-
uissimè Ioann. Garcia lib. 1. de contract. cap. 19.
pag. 588. & secluso omni humano iure Molina
Theolog. 2. parte, de iustitia & iure, disputat. 515.
col. 1679. cum sequenti, latè ex pluribus probant
vt veriorē partem affirmatiuam, & præcipuè
ex sequentibus.
3. Primò, promissio iure nature facta de re lici-
ta adimplenda est l. 1. ff. de pact. cap. 1. & 2. de pact.
cum simil. & secundum D. Ambros. ius natura-
le dicitur fœdera & pacta seruanda esse, quando
sine vi & fraude promissa sunt: ergo pactum &
fides præstita de soluendo pecuniam absentem, si
perdita fuerit in ludo, iure naturali seruari de-
bet, cum nulla lege ciuili sit irritus contractus
iste, quo ludentes sibi iniuicem promittunt perdi-
ta soluere.
Secundò, quia leges concedentes repetitio-
nem, non properecè aufertur dominij acquisi-
tionem & ius in rem ludo expositam, aut pro-
missam; sed solum in penam concedunt repeti-
tionem, & quod iudex cogat lucrantem in ludo
eam perditam reddere.
Tertiò, quia non videtur bona consequentia,
perdens potest soluam pecuniam repetere, ergo
eam nondum solutam non tenetur soluere: pro-
mittens namque cum iuramento soluere vsuras,
teneatur eas soluere, quamuis possit postea eas re-
petere c. debitorum de iur. iur. ergo etiam iste tenetur
stare pacto & simpliciter promissioni, qua se
obligauit.

Quartò, quia si qui perdit non tenetur soluere,
ergo vincens in hoc ludo non habet ius aliquid,
aut dominium in illud, quod lucratus est, quod
sanè videtur absurdum, cum iuste lucratus fuerit.
Si verò ius aliquid habet, profectò qui perdidit
soluere tenetur.
Quintò, quia lucri restitutio in penam lu-
dentium introducta, cum sit pœnalis, non habet
locum nisi post iudicis sententiam: igitur, quod
promissum fuit, soluendum erit antequam ista
sententia proferatur.
Sextò & vltimò, quia quandoque, licet humana
lex actionem minimè concedat ad petitionem
alicuius rei, non ex hoc alterum liberat, vel ab-
solvit ab obligatione illam rem restituendi vt ex
D. Th. hoc refert Cou. in vers. præsertim, infra sta-
tim citandus, quamuis ego ipse hoc non inueniam
apud D. Thom. eo loco, quo ipsum citat.
Quare hanc eandem partem affirmatiuam stan-
do in iure nature & in iure communi, & in iure
antiquo Castellæ, nempe quod teneatur lusor
soluere pecuniam perditam & promissam in ludo,
latè etiam probat & tenet Michael Salon de iu-
stia & iur. in 2. 2. D. Thom. q. 5. de dominio, art. 6.
col. 558. cum seqq. necnon & Ludouic. Carbo de
restitutione, q. 42. vers. verba conclusio, & hæc pars
non est destituta probabilitate secundum Ludou.
Lopez in suo instruct. negotiar. lib. 2. c. 12. versic.
hac autem, pag. 386. col. 1.
Nihilominus tamen contraria pars & sic ne-
gatia verior est, communis & tenenda, etiam se-
clusa hac nostra l. regia, & sic etiam extra nostra
Regna, ex sequentibus.
Primò, quia leges pecuniam in ludo perditam,
& ludenti quæsitam iure contractus, in penam
aufertur ab eo, qui ius acquisiuit, iusque eam re-
petendi concedunt perditenti; vt patet ex dictis
in quæstionibus præcedentibus, & constituit de
hoc regulam affirmatiuam communem cum 12.
ampliat & 3. limit. Farin. in 3. tom. sue prax. crim.
q. 109. p. 5. n. 175. cum seqq. fol. 477. cum seqq. Igi-
tur qui post solutam iam pecuniam repetere legis
decreto potest, eam nondum solutam iuste reti-
nere poterit iuxta regulam iuris, quæ dicitur, ex-
ceptionem & retentionem ei competere euictio
datur l. iniuriam, §. cui damus, ff. de reg. iur. l. credi-
tori, C. de pact. l. 1. hu autem, ff. de superfic. c. qui ad
agendum de reg. iur. in 6.
Secundò, quia perdens pecuniam absentem in
ludo potest se defendere in iudicio vi legis de re-
petendo, vt non cogatur illam soluere: ergo nec
extra iudicium, si exigatur tenetur dare quamuis
promiserit, quia lex de repetendo videtur obliga-
tionem promissionis tollere, & multo minus te-
nebitur non petenti offerre.
Tertiò ex reg. iuris: quæ habet, quod cum quid
vna via prohibetur alicui, ad id alia via non de-
bet admitti, sed qui lucratus est pecuniam absen-
tem sibi iam solutam, si ab eo reparatur, non po-
test eam retinere: ergo nec per viam promissionis
sibi factæ debet sibi solui, vt eam retineat.
Quartò ex reg. in pari de reg. iur. in 6. vbi dicitur,
quod in pari delicto vel causa potior est condi-
tio possidentis, sed qui amisit pecuniam absen-
tem, ante solutionem eam possidet, & vterque est
in pari causa illicita iure positio, quia prohibi-
ta: ergo potior est conditio non soluentis, ac
proinde potest retinere quod amisit, & non tenebitur
ad eius solutionem.
Quintò ex alia iuris regula vulgari, quæ ha-
bet, *dolo facit qui petit quod sitam restitutum est,*
vbi glossa exemplificat in stipulatione vsurarum:
V 4 ergo

ergo idem in pecunia absente promissa in ludo amittitur.

Sexto & vltimo, quia hoc videtur Reipublice magis expediens, & rationi valde consentaneum ad tollendam occasionem ludendi pecunia credita, aliaque innumera inconuenientia, quae inde sequuntur: censendum igitur est, legislatores voluisse statuere, vt non modo repetere, sed etiam retinere liceat, ita vt retentio sit quodammodo repetitionis compensatio.

Et in terminis hanc partem negatiuam (quae vtilis erit admodum extra Regna Hispaniae, cum in eis habeamus nostram l. regiam 8. expressè eam approbantem) probant & sequuntur Adrian. in 4. sententia. de penitentia, quest. 12. Dominicus à Soto lib. 4. de iniuria & iure, quaestione 5. art. 2. D. Couar. in regula peccatum, secunda parte, §. 4. num. 8. de regul. iur. in 6. Nauar. in Manuali, confess. cap. 19. num. 7. & in cap. 28. in addit. ad cap. 15. num. 19. & nos quoque cum eisdem eandem probauimus sententiam in nostro tractatu de iuramento confirmat. prima parte, cap. 35. num. 1. & Parlad. cum Cacialup. quem refert lib. 2. rerum quorund. cap. 7. num. 17. & iure nostro regio Molina Theol. nos citans vbi supra, col. 1681. versiculo, tertia conclusio, & conclusio 4. idem probat stando in solo iure communi, tam in foro exteriori, quam conscientiae: & haec opinio est communis inter Thomistas secundum Salon vbi supra, versiculo, oppositum, col. 559. eamque probabilem, imo veritorem existimat, atque pro tali eam probat Ludouic. Lopez vbi supra, estque probabilior & communior secundum Ludouic. Carbon vbi supra, versiculo, quinta conclusio, & plures alios refert Henriquez in sua Summa Philosoph. moral. tom. 1. lib. 7. de indulgent. cap. 5. pag. 590. in glossa sub littera M. & Anglesinius florib. Theolog. quaestionum tit. de ludo, dubio, & Azeued. in hac l. 8. n. 4. & 5.

Ad fundamenta contrariae partis respondet per ordinem (praeterquam ad 6.) Ludouic. Lopez vbi supra, & ad l. 6. Couar. dict. num. 8. dicens quod ius civile & humanae leges expressim approbant perditis repetitionem, cum tandem & si traderit rem ludo amissam & perditam, concedant ei ius repetendi. Quod secus est in specie, quam tradit D. Thomas secunda secunda, quest. 77. artic. 1. tractatu laesionis intra dimidiam contingentis: quia & si humana lex decepto actionem negauerit; non tamen ex hoc approbat decipientis retentionem, nec eum tutum reddit, vt habet magis communis sententia, quam suo loco adduximus. Fit igitur ex supradictis vt haec secunda sententia negatiua sit verior, communis & tenenda seclusa etiam nostra l. regia 8. Vnde etiam Salon vbi supra, dum in vltima conclusioe, col. 562. tenet in Regno Valentiae pecuniam promissam in ludo in conscientia soluendam esse lucranti: quia in legibus illius Regni nihil decernitur circa has promissiones, praeterquam quod lucrans non possit exigere in iudicio. Ex hac namque speciali lege illius Regni, praeter supra adductas pro hac secunda verioris & magis communis sententia negatiua, conuincitur non esse tenendam etiam in Regno Valentiae praedictam suam sententiam, sed nostram communem.

9. Limitatur tamen praecedens magis communis sententia negatiua, si promissio soluendi, quod fuerit amissum in ludo iuramento fuerit robata: tunc enim solutio omnino facienda est ob

reuerentiam iuramenti, & quia potest seruari absque inierito salutis aeternae; quamuis possit statim apud iudicem fieri repetitio argumento cap. debiores de iur. iuran. §. Limitatur primum si impetretur prius absolutio à iuramento, qua obtenta non tenebitur solvere, vt resoluimus cum Nauar. d. cap. 53. num. 6. cum sequentibus, & post nos Instruitor. negotiant. vbi supra, dist. cap. 22. versic. sic igitur, & in versic. secunda, pag. 86. cum sequentibus, est communis secundum Eman. Rodrig. in sua Summa cap. 173. del iugo, n. 9. & Henriquez vbi supra, lit. O. & Azeued. in d. l. 8. n. 6. & Molina vbi supra, col. 1682. & Ludouic. Carb. d. quest. 42. vers. secunda conclusio, vbi quod est doctrina verissima & communis, & Salon vbi supra, vers. ad intelligendam, col. 560. in principio. Eam tamen veram esse intelligit Molina vbi supra, col. 1683. versiculo, quapropter, quando mens iurantis fuit solum se astringere ad non denegandam lucranti traditionem: secus si mens iurantis fuit se astringere ad efficiendum peculiari iure illud suum, quasi iuramentum corroboraret promissionem ac contractum mutuum: quia tunc non possit illud repetere: imò neque potestas publica possit tunc relaxare illi iuramentum, vt repetere, aut non soluere. Sed de hac vltima mente iurantis non agimus, sed de solo iuramento de soluendo quod amissum fuerit in ludo. §. Quod si promissum cum iuramento soluere & non repetere, teneretur ad vtrumque seruandum, nisi impeteret absolutio nem ab vtroque iuramento vt resoluimus d. c. 53. n. 9. de iuram. confirm. etiam contrarium in hoc vltimo nouissimo probet Molina Theolog. vbi supra, dist. 515. col. 1683. non enim ducor tantum fundamentis à se ibi relatis, sed etiam quia iuramentum hoc non videtur cum iudicio & discretione praestitum, sed affectu & calore ludendi, & sic deficit vnus comes ex tribus quos iuramentum licitum habere debet.

Iure nouissimo regio in his Regnis Castellae & Legionis expressè approbata est praefata sententia negatiua, nempe regia pragmatica lata Matrili ab inuictissimo Imperatore Rege nostro Carolo V. eiusque matre ann. 1528. quae hodie inseritur in hac nostra 8. quae ita se habet. Mandamos que de aqui adelante ninguna persona de qualquier estado o qualidad que sea pueda jugar, ni juegue à credito, ni fiado, aunque sea juego de pelota, ni otro de los tolerados, y permitidos en estos Reynos. Y si jugaren los dichos juegos à credito o fiado, mandamos à las vuestras justicias que no condenen, ni executen en las tales personas, ni en sus bienes, ni de sus fiadores, lo que assi debieren de los dichos juegos à credito, o fiado. Y por la presente damos por ningunas qualquier obligaciones, escripturas o promesas, que las tales personas cerca dello hizieren, &c. Et huius l. regiae meminerunt omnes praeciati nostri Cohispani ab Alphons. de Castr. & Dominic. de Soto inclusiè vsque ad nouissimos, profitentes proculdubio in his Regnis promissionem factam inter ludentes pecunia credita nullam efficere & inuilem, & idem etiam in animae iudicio nullam habere vim, nec obligationem inducere, sicuti nec in foro iudiciali, quod vltimum ipsa lex regia expressim decidit, atque praecipit, quae cum sit iusta habet vim in vtroque foro, vt affirmant nuncupatim Couar. d. num. 8. versiculo, ego sanè, post Castlum quem citat; Nauar. cap. 19. num. 17. & Salon vbi supra, versiculo, o hseruemus vltimo, & Ludouic. Carbo dist. quaestione 42. in prima conclusione, vbi in versiculo, primo patet, quod hanc constitutionem regiam

regiam Doctores Hispani commendant tanquam maximè Reipublice vtilem, & quod reuera commendanda est, & digna quod vbique statueretur & seruetur, Anton. à Corduba in sua Summa quest. 54. Alcocer de ludo, quest. 30. Instruitor. negotiant. vbi supra, d. cap. 22. in principio, & Emanuel Rodriguez d. c. 173. n. 9. necnon & Azeued. in d. l. 8. num. 5.

13. Ampliatur huius nostrae l. decisio vt procedat etiam si pignora, aut fideiussores promissioni soluendi quod in ludo fuerit amissum accesserint, vt constat ex nostra l. ibi, que no condenen ni executen en las tales personas, ni en sus bienes, ni de sus fiadores, lo que assi debieren de los dichos juegos à credito o fiado, & in terminis ita tenent plures quos refert & sequitur Emanuel Rodriguez vbi supra, num. 9. in principio.

14. Limitatur tamen si promissio huiusmodi iuramentum accesserit de soluendo, tunc enim vel solutio necessario facienda est, & postea poterit solutum repeti, vel absolutio à iuramento praedicto prius impetranda est, vt resoluimus cum communi. Quibus non obstat nostra l. 8. quia vt praediximus non loquitur in ea specie.



S V M M A R I V M.

- 1. Lucrans pecuniam in ludo non presentem, sibi tamen solutam, an in conscientia foro eam accipere & retinere possit? & numeris sequentibus.
2. Promissiones, seu cautiones facta post ludum de pecunia amissa soluenda valent.

De lucrante in ludo pecuniam creditam, sibi tamen postea solutam, an possit eam accipere & retinere in foro conscientiae?

Q V A E S T I O C I.

1. VERO secundo circa eandem l. 8. an qui lucratus fuit ad ludum non quidem pecunia praesenti nec apposta, sed sub credito, sibi tamen postea fait soluta à perdente, possit tuta conscientia eam recipere & retinere?

Et quidem quod non debeat recipi, & si recipiatur non possit retinere, sed omnino restituenda sit perdenti, etiam antequam repetatur, perspicuum videtur ex decisione nostrae l. 8. qualis promissio redditur nulla & inualida in odium ludentium & propter bonum Reipublicae: ergo fidei lucratum recipi, aut retineri non potest, si solatur, tanquam vt titulo nullo & reprobato iustissimis ex causis. Nec consolidatur voluntate & consensu partis soluentis, quasi possit legi pro se introducere renuntiare argumento l. pen. Cod. de pati. §. l. si quis conscribendo cum simil. Cod. de Episcopis & clericis, quomodo lex nostra data est non solum in fauorem illius, sed & in bonum commune vt dicebamus. Possit tamen fieri libera donatio, quamuis semper suboleret fraudem propter causam & occasionem praecedentem, ob quam fit solutio, nempe ludi, & ita in terminis hanc partem probat

Dominicus à Soto lib. 4. de iniuria & iure, q. 5. art. 2. in versiculo, vnus autem non est hic, cum quo simpliciter absque discussione aliud agentes transiuimus in nostro tractatu de iuram. confirmat. 1. p. c. 53. sub num. 1. ibi, & si soluerit alter, & n. 9. & sequitur Metinna in sua instructione confessio. quorum opinio tior est secundum Ludouic. Lopez in suo instruct. negotiant. lib. 2. c. 22. versic. sed quid, an lucrans?

His nihilo secius non obstantibus contraria opinio satis probabilis est, atque vsu confirmata, ac proinde secure sequi potest. Nemo namque que lucrifacita in ludo, etiam illicito, ab eo, qui donare potest, absque dolo, metu & fraude, tenetur restituere de praecipio etiam pauperibus, vt sentit vtiq; Thomas 2. 2. quest. 32. artic. 7. ad secundum, & explicat Maior, Adrian. & Catecran. in summa, verbo, ludus, & cum eis secundum veritorem opinionem Nauar. aduersus Abb. & Gabriel. vt resoluimus supra hoc libro, alia quaestione. Loqui enim videtur Nauar. in nostro casu, scilicet, quo impignorata fide pecunia credita luditur, dum inquit, quia neque quod in sponsonibus (id est promissionibus soluendi lucrifacit) est necessario restituendum, quia quid sit de peccato, ita ipse in Manuali, c. 19. num. 18. vers. o tano, ibi, quia secundum, quamuis rectè inspectus reuera non loquatur in ludis chartarum sub credito factis, sed in sponsonibus, id est, en lo que se gana en apuestas.

Verum & secundo probatur haec pars ex eodem Soto lib. 4. de iniuria & iure, quest. 5. artic. 3. vbi ait, de contractibus minus solemnibus, qui iure sunt irriti, quod iura humana nihil aliud volunt, quam quod in iudicio tales contractus habeantur nulli, non autem quod ipso facto translatio sit nulla: ergo ita dicendum videtur in proposito nostram l. regiam, de qua agimus, nihil aliud voluisse quam quod tales promissiones in ludo factae soluendi perditum in iudicio habeantur nullae & executioni non mandentur; non autem quod sic promissam si lucrifacitum fuerit & solutum lucranti, ipso facto translatio lucri soluti sit nulla.

Hoc autem argumentum etsi appatens videatur, ex eo corrigit, quoniam longa est differentia inter contractus omnino reprobatos à iure, & eos qui probati & liciti sunt; atamen requirunt certam quandam solemnitatem ab eodem iure ad hoc vt valeant, vt fraus & laesio euitetur contra minores & Ecclesias, quibus iura mirum in modum meritisimè prospicere voluerunt. In prioribus enim omnimoda prohibitio est, ac proinde consensus contrahentium, & sic ludentium ad creditum eos validare non potest, cum rei sic prohibita ob bonum publicum operam dent, vnde eorum occasione lucrum ludentes habere non possunt. In his autem propter consensum partium, & iustitiam contractus, nulla fraude, aut laesione intercedente, quia rectè & sic secundum veritatem rei, licet non ritè secundum solemnitatem iuris, bene datur vera translatio dominij, atque retentio ipsius in conscientia.

Nihilominus tamen hanc secundam partem tenet contra priorem Frater Angles in suis floribus Theologic. quaestionum, circa interpretationem legum annullantium contractus, quando expressè vel ex vsu non interpretant non impediunt translationem dominij, quem refert & sequitur Ludouicus Lopez vbi supra, dist. c. 22. late agens de hac quaestione, professus quod licet opinio Soti & Metinnae prior tior sit; hzc

hæc tamen secunda opinio illi contraria satis probabilis est: ideo non videtur condemnandus lucrans restituere in conscientia pecuniam, quam sic acquisiuit, ante repetitionem in iudicio, si nolit, nec ideo indignus absolutione est reputandus, quia probabiliter satis opinionem sequitur, quæ est Magistri Bañes Cathedratici Salmanticensis affirmantis quod nisi pendens petat publicè in iudicio, non est ei restituendum lucrum acquisitum in ludo sub credito, & asserit etiam hanc l. regiam Matrii conditam non esse vsu receptam, præsertim inter nobiles, qui probro sibi ducunt si promissa perita in ludo non soluant, nisi soluta rursus sibi restituantur. Ex quo probata satis manet (inquit Ludouicus Lopez ubi supra) hæc sententia contra Sor. & Metimm. quam ad litteram refert & inquit sibi videti multum probabilem Emanuel Rodriguez dicto cap. 173. num. 9. & affirmat Frater Michael Salon de iustitia & iure, in secunda secunda, D. Thom. questione 5. de domin. artic. 6. versiculo. obseruamus vltimo, col. 560. cum sequenti, quod iuxta grauissimos Doctores nostri temporis lex nostra sic intelligitur, vt qui promissit non teneatur in conscientia soluere credita, sed qua parte statuit (scu potius voluit, seu sensit) vt si is qui perdidit soluat, lucrans non possit recipere, nec retinere, videti apud Hispanos fere impossibile: quoniam, vt est Hispanorum ingenium & conditio, si soluenti pecuniam, quam data fide perdidit, is, qui lucratus fuit, vellet illam restituere, nollet eam ille vilo modo recipere, sed indignaretur veluti de iniuria sibi illata, & ita ex hæc parte non obligare, nisi vel aduementie iudicis sententia, vel si is, qui soluit, postularet sibi reddi soluta. Et quod confirmatur hæc sententia vsu & consuetudine, quæ est optima legum interpres: videmus enim maximam partem magnatum, quorum multi viti probi sunt & timorati, ludere pecunia credita, & quæ lucrantur deinde cum sibi soluantur recipere ac retinere, nec propterea sentire se obnoxios restitutioni, aut à propria conscientia accusari, aut obligari à confessoribus prudentibus & petitis ad ea, quæ sic lucrati sunt & receperunt, restituenda. Eandem opinionem breuiter sequitur Ludouic. Carbo de restitutione questione 42. in prima conclusione, versiculo secundo, dicens quod qui perdidit in ludo possunt huic iuri renuntiare, quod nobiliores faciunt, vt ipsi aliàs fides habeant, quamuis sciant promissiones illas esse irritas: eandem etiam partem sequitur Henricus in sua Summa Philosoph. moral. tom. 1. lib. 7. de iudic. cap. 33. sub littera N. ubi alios refert, & Azueed. in d. l. 8. num. 1. & 8. & 9. & Molin. Theolog. secunda parte, de iustitia & iure, disputatione 515. col. 1684. Et quidem non est dubium, hanc sententiam magis communem esse & vsu atque consuetudine probatam, ac proinde securos reddere in conscientia sic accipientes, & retinentes quod in ludo sub credito lucrati sunt sibi postea solutum, si aliud non obstat. Licet enim l. nostra regia 8. ob bonum publicum introducta & lata sit, ideoque idem non posset renuntiare, idem quidem verum est à principio, & in sua principali expressa decisione, nempe quod pecunia credita ludi non possit, & quod promissiones super amisso soluendo sint nullæ & exequi non possint: cæterum ex post facto, pecunia lusa iam amissa, quis prohibet amittentem eam sponte soluere?

6 Sic etiam probari potest quod eadem decisio

principalis nostre l. 8. non procedat quoties ex post facto ille, qui sic perdidit pecuniam, noua scheda & promissione se abstinerit amissa soluturum: promissiones namque tempore ludi factas lex regia tantum irritat; non vero ex post facto emanatas, vt rectè perpendit Azueed. hic num. 10. Re nunc plenius & ex proposito discussa, omnibusque perpensis & consideratis, hæc secunda sententia proculdubio est sequenda.



S V M M A R I V M.

1 Ludentium ad pilam ultra permissam quantitatem pena an toties quoties exceditur ante sententiam incurratur? & numeris sequentibus per totam questionem.

De ludentibus ad pilam ultra quantitatem iure regio permissam.

In l. 9. tit. 7. lib. 8. nou. collect. reg.

Q V Æ S T I O C I I.

V A R O circa l. 9. tit. 7. lib. 8. nouæ collect. reg. qua cauetur, que en un dia no puedan jugar al juego de la pelota, ni a otros juegos aunque sean permitidos, mas de trayentares reales en dineros; aunque digan jugar por otros. Y que en los dichos juegos no ayen trauentares. Y que no se puedan jugar profetas, ni prendas, ni otra cosa, en poca ni en mucha cantidad, ni a credito, ni sobre fiado, ni sobre palabra, solas penas en esta ley contenidas.

An primi successus ludi spectandi sint, vel postrema ludi alea? nempe si varia vice, atque vt fere semper in ludo accidere solet, alias secunda, aliàs aduersa fortuna successerit, vtrum statim ante quam ludus compleatur dicatur commissa esse pena, si quantitas hæc lege definita excedatur, vel expectandus sit finis & euentus vltimus ludi?

Et videtur quidem, statim quod huius l. quantitas transgreditur etiam ante finitum ludum penam committi, ex littera nostre l. 1. bi, no puedan jugar mas de treynta reales en dineros, por que no dixen perden ni ganar: ergo statim quod ludentes exceperint dictam quantitatem verificatur dispositio nostre l. eiusque pena committitur, quia vbi conueniant verba legis, ibi eius dispositio locum habet argumento l. 4. §. toties, ff. de damno infesto, cum finit.

Secundò, quoniam animus & voluntas distinguunt maleficia, vt in regula iuris; seu in nostra specie constat de animo transgrediendi legem: patet, quia ultra Summam nostre l. vno icu luserunt summam maiorem, ergo incurunt eius penam. Nec est quod expectemus vltimam ludi aleam, seu fortunam.

Tertiò, quia si statim quod ludentes ludunt ultra taxam huius l. recederent à ludo, provt possent, proculdubio pena nostre succurrerent: ergo etiam si sponte in eo permanerent non cui tabunt penam iam commissam. Nec ius voluntate possunt desinere esse delinquentes in præiudicium pœnæ sisco applicandæ l. qui ea mem. 67. ff. de fure.

Sed nihilominus contraria sententia mihi 3 magis

magis placet. Primò, quoniam lex nostra est penalis, ac proinde debet in suo casu propriè verificari, nec extra eum trahenda est iuxta iura vulgaria; sed ipsa loquitur in ludentibus ultra quantitatem triginta ducatorum vno die: ergo intelligitur de ludo perfecto, hoc est integro, absolutoque, atque consummato. Sed in primis aleis vnulmet ludi hoc non verificatur, nec in secundis, aut vltioribus interim quod durat ludus, quoniam dum quis est in ludo adhuc durat ludus, idemque ludus est, & non diuersus, & potest hinc inde fortuna secunda vel prospera contingere atque versari, vt experientia docet quotidie iuxta doctrinam Bart. communiter approbatam in l. inficiando, §. infans, num. 5. ff. de fure. de qua supra quæst. 98. num. 1. ergo primi ludi successus non debent considerari, sed euentus ipsius ludi spectari debet.

Secundò, & potissimè ex verbis nostre l. 1. bi, sopena que por la primera vez, nisi el que lo perdere, como el que lo ganare, &c. caya è incurra en pena, &c. quibus verbis aperte lex respicere videtur, ad hoc vt incurratur eius pena, exitum & vltimum ludi successum. Tunc, quia propriè pro prima, secunda, vel tertia vice diei non potest, nisi in quolibet ludo consummato, imò & sequuta condemnatione, vt supra dicebamus cum Azueed. quæst. 98. num. 5. Tum etiam, quia amitteret, vel lucrati absolute quis diei non potest in ludo nisi ipso consummato, & ab eo, recedentibus lusoribus, quia dum quis est in ludo adhuc est spes perditionis, iuxta doctrinam præfatam Bartoli communiter approbatam; sed lex nostra meminit vtriusque verbi: ergo de ludo vel amissione propriè & verè sumptis intelligenda est, præcipue cum sit penalus argumento regulæ iuris, ad iura restringi, &c.

Tertiò, quoniam si aliud diceremus, sequeretur inde quòd ex vnomet ludo pluribus pœnis possent ludentes condemnari, nempe si in eodem pluries excederent quantitatem ab hæc l. præsumit, vt facillè contingere potest. Hoc autem nemo sane mentis dicit, nec iure dicere potest, neque in praxi est admissum, quia nemo ex vno solo ludo condemnatur vnquam pluribus pœnis nostre l. sed tantum vna pœna pro qualibet vice, hoc est, pro vno ludo absoluto & completo, in quo quantitas à lege permissa exceditur, etiam si pluries in eodem ludo iactetur: ergo prior opinio non est amplectenda, & ita in terminis hanc nostram probauit Ioann. Parladon, lib. 2. verum quouid. cap. 7. num. 6.

Cæterum si quis pluribus ludis diuersis in vno eodemque die exceperit quantitatem 30.



IN TITVLVM OCTAVVM,

Lib. 8. nou. collect. reg. de los rieptos y desafios.



S V M M A R I V M.

1 Duellum, Monomachia & singulare certamen quid sit, & de horum praxi? & numeris sequentibus per totam questionem.

ducatorum, de qua in nostra l. licet in vnquoque ludo ultra eam non lusetit perdendo, aut lucrando, simul tamen iunctæ illæ plures vices quamuis diu & se eam excedant, crederem proculdubio penam commissam, quoniam lex nostra non prohibet simpliciter ludi qualibet vice vel ludo ultra 30. ducatos, sicut l. 2. huius tituli 7. prohibuit indistinctè jugar a los dados y naipes, sopena que por la primera vez pague sey sciemos maravedis, &c. vt ibi cauetur. Sed adhuc nostra l. 9. prohibet que en vn dia no puedan jugar al juego de la pelota, &c. ergo non quilibet ludus per se attendendus est, sed quantitas amissa vel lucrata quolibet die, siue vna siue pluribus vicibus, quæ omnes vnus diei ad incurtendam penam huius legis ab eadem pro vna vice reputantur, nempe relaxat ad vnum diem. Quod secus esset si temporis vel diei mentio non fieret, vt in casu dictæ l. 2. ubi idem resoluimus respectu prohibitionis & pœnæ illius: nunc autem stando in specie & prohibitione nostre l. 9. diuersum iudicamus ex littera & diuerso modo prohibendi eiusdem legis, quam ita intelligi censeoque intelligendam, & post hæc scripta idem tenuit Azueed. in hac l. 9. num. 1.

Ad primum fundamentum contrarium pro prima parte, supra adductam respondemus iam cessare ex secundo 2. nostre veteris & tenenda.

Ad secundum respondemus, verum quidem esse animum & voluntatem distinguere maleficia; sed tamen in proposito nostro docemus animum ad integrum & absolutum ludum considerandum esse ex littera nostre l. vt supra considerata. Et præterea solum animum & voluntatem declarat & ostendit: factum autem in specie nostre integrum, non verò coaptum accipi debet, & sic ex perfecto & consummato ludo resultat.

Ad tertium respondemus, quod si litam amissa vel lucrata quantitate prohibita recederent lusores à ludo, committeretur pena nostre l. quia ludus esset consummatus, quod nostra l. respicit atque requirit: at verò continuando ludum, cum ipse adhuc duret, non inspicitur nisi quod superest lusoribus ab eo non recedentibus. Itaque cum à voluntate eorum dependeat tempus, quo durare debet ludus, possunt pro libito eum protendere vel abbreviare, & dum non recedunt dicitur ludus esse in fieri & non factus, perfectus vel absolutus, ac proinde eo durante pena etiam est in suspensio an incurtatur vel non: ideoque sisco ex eiusdem ludi perseverantia, cum interim nihil iuris sit ei acquisitum, nullum præiudicium fieri considerari potest.

Et quod hæc minimè permittere debent Principes, & plura alia in materia discutuntur.